



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 888. Usque Ad Annum 1000

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1761**

**VD18 90117921**

§. 11. Literæ Fulconis in Angliam missæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66313](#)

per vices Principem monere, quoties. Sæculum IX.  
 tuncque uno consumpto aliis cereus ac- A.C. 891.  
 cendendus erat. Porro ne faces istæ  
 flante vento forsan extinguerentur, eas  
 laternis corneis, proprio ingenio exco-  
 gitatis, includi curavit. Nam quamvis *Plaut.*  
 hoc invento aliæ provinciæ cum pluribus *Amphi. Att.*  
 ante JESUM Christum sæculis uterentur, *vers. 185.*  
 illud tamen hucusque in Anglia fuerat  
 incognitum.

### §. XI.

#### *Literæ Fulconis in Angliam missæ.*

Cum Fulco Archiepiscopus Remensis  
 frequenter ad Regem Alfredum lite-  
 ras daret, & comperisset, eum Ecclesiam *Flod. hist. lib.*  
*IV. c. 5.*  
 Archiepiscopalem Cantuariensem Phleg-  
 mundo contulisse, missa Epistola, gratias  
 egit, quod primæ Ecclesiæ virum virtu-  
 tibus & pietate clarum, & in Disciplina  
 Ecclesiastica versatum præfecisset. Fulco  
 enim non ignorabat, quam pio conatu  
 Phlegmundus incumberet ad emendan-  
 dum in Anglia errorem perniciosum, a  
 Gentilibus ortum trahentem. Videli-  
 cet putabant, non esse vetitum Episco-  
 pis & Presbyteris mulieres alere, cuili-  
 bet licere, feminas propinquas aut Vir-  
 gines sacras matrimonio sibi jungere, &  
 præter uxorem etiam aliam feminam con-  
 cubinatus causa in domo habere. Ergo  
 ex auctoritate Sanctorum Patrum de-  
 mon-

Sæculum IX. monstrat, quantum hæ opiniones sanæ  
A. C. 891. Doctrinæ repugnat. Phlegmundo quoque scripsit Fulco pium zelum in extirpandis abusibus laudans, & Textus Scripturæ Sanctorumque Patrum ad eos impugnandos suggerens; ut meritorum tanti viri aliquam partem particeps fieret. Ceterum in his literis nomen Regis legitur scriptum, *Albrad*, & Archiepiscopi *Pleonic*. Tantopere idioma Francorum ab Anglicano divertebat.

*Sup. n. 6.* Sub idem tempus Fulco Archiepiscopus data Epistola ad Formosum Papam, qui Stephano VI. successerat, rationem *Flo. t. IV.* reddidit negotii sibi a Stephano commissi, nam Concilio Wormatiensi in causa litis exortæ inter Hermannum Colonensem & Adalgarium Bremensem præesse jussus fuerat. Tum nova mandata hac super re expetiit.

### §. XII.

#### *Formosus Papa.*

*Sup. Lib.* Formosus Leonis filius jam ante Episcopus Portuensis erat, quam eum Nicolaus Papa in Bulgariam misit.  
*L. §. 49.*

*Sup. Lib.* Superius commemoravimus a Joanne VIII. fuisse depositum & restitutum *L/II. §. 31.* a Marino, quo sedente atque etiam Hadriano & Stephano Successoribus ejus Formosi Romæ magna auctoritas fuit.  
*§. 44.*

*Luitpr. I.* Igitur electus est Summus Pontifex, quod  
*c. 8.* vir